



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem excentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetii, 1706**

Juramenti Examinatoris Synodalis Formula VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

est executurum, & impleturum, nec quicquam in eo favore, aut gratia humana acturum. Sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

**I** T JVRE. Poteſt Episcopus cogere Canonicos Punctatores ad præſtandum juramentum de fideliter punctando, Barb. in Summ. dec. Apostolic. collect. 301. n. 29. & de Canonic. & Dignit. cap. 34. n. 20.

**2 FIDELITER.** Si de Punctatoris fidelitate, aut de illius negligentia dubitetur, tunc Episcopus poterit eligere, & deputare Contrapunctatorem sibi bene viſum, ut rescriptit Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Fundano 16. Martii 1593. Nicol. flof. verb. Punctator n. 1. Chriſpin. de Visit. part. 2. §. 20. num. 24.

Juramenti præſtandi ab Examinatoribus Synodalibus.

## F O R M U L A VI.

In Synodo.

**E** GO N. députatus in præſenti Synodo Examinator eorum, qui eligentur ad Parochiales Ecclesiæ, juro me fideliter hoc examinandi munus perfundarum, rejeſto omni humano respectu. Ita me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia.

Extra Synodum.

## F O R M U L A VII.

## S U M M A R I U M.

**I** Elec̄tio Examinatoris Synodalis poteſt probari alta ſpecie probationis, licet

*in Synodo non reperiatur descriptus*  
**2** Juramentum Examinatorum Synodalium eſt de forma ſubſtantiali, eoque deficiente, concuſus factus coram eis eſt nullus.

**3** Sufficit tamen ſemel juſſe præſtitum.  
**4** Juramentum bujusmodi non præſumitur præſtitum, ſed debet probari.

**E** GO N. Examinator in Synodo electus promitto, ſpondeo, ac juro munus, & officium mihi demandatum me fideliter quacunque humana affectione postposita, & ſincerè quantum in me eſt executurum; ſic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia.

## ADNOTATIONES.

**I** N SYNODO ELECTUS. Quod quis fuerit electus Examinator in Synodo, probari poteſt alia ſpecie probationis, etiamſi in Synodo non reperiatur descriptus, ut dicit Card. de Lyc. de Paroch. difc. 2. n. 14. ideoque ut ſupra alibi tetigi, qui hanc qualitatem negat, illam concludenter probare debet, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 31. n. 89. Barb. ſup. Conc. ſeff. 24. c. 18. n. 102. de Ref.

**2. AC JVRO.** Hoc juramentum eſt de forma ſubſtantiali, eoque deficiente Exa-

minatores non dicuntur legitimi, & concuſus factus coram eis ante præſtitum juramentum eſt nullus, Sac. Congreg. Concil. in Alben. 2. Decembris 1628. Nicol. lucubr. canon. lib. 3. tit. 5. de Præbend. n. 15. Barbo. in Summ. decif. Apostol. collect. 201. num. 18. Rot. coram Buratt. decis. 262. num. 8.

**3.** Sufficit tamen, quod in Synodo, vel extra ſemel ſaltem juſſamentum præſtiterint de officio fideliter exercendo, ut communiter tradunt Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 359. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 94. Pac. Jord. tom. 2. lib. 10. tit. 8.